Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cum curribus et equitibus eorum in mare: et reduxit
super eos dominus aquas maris. Filii autem israel
ambulauerunt per siccum: in medio eius.

Domine audiui:
auditum tuum et timui. Domine opus
tuum: in medio annorum uiuificabis il
lud. In medio annorum notum facies: cum ira
tus fueris misericordie recordabis. Deus ab aust
ueniet: et sanctus de monte pharan. Operuit ce
los gloria eius: et laudis eius plena est terra. Splen
dor eius ut lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem
eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pe
des eius: stetit et mensus est terram. Aspexit. et
dissoluit gentes: et contriti sunt montes se
culi. Incuruati sunt colles mundi: abiti
neribus eternitatis eius. Pro iniquitate uidi
tentoria ethiopie: turbabuntur pelles ter
re madian. Nunquid in fluminibus irat
es domine: aut in fluminibus furor tuus: uel
in mari indignatio tua. Quia ascendes